



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

41. De vtilitate eleemosynæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

*De utilitate eleemosynæ.*

C A P V T   X L I .

**P**lena est scriptura utilitate eleemosynæ ; tres tamen sunt præcipuae ipsius utilitates.

Prima quidem, quod eleemosyna est meritoria gloria & gratiae augmenti , si fiat ab homine existente in gratia , & propter Deum. Aduertere tamen, quod duplice ex parte crescit eleemosyna, & una est magis altera meritoria. Uno modo ratione affectus charitatis: quia enim majori charitate sit, magis est meritoria: unde, si quis dat unum scutum tali affectu, ut, si haberet centum, daret, habet meritum, ac si daret centum. Si quis etiam magna deuotione & feroore charitatis dat unum Iulium, magis meretur, quam qui cum minori deuotione daret etiam Iulium. Crescit etiam altero modo ratione rei, seu operis ipsius : unde, si duo habent æqualem charitatis ferorem, tamen unus datur plus, alter minus, magis meretur ille, quia hic. Debet tamen considerari quantitas ista eleemosynæ datae per proportionem ad facultatem utriusque. Aliquando enim plus datur, qui minus datur, ut diximus, quia pauperior est.

Est altera utilitas eleemosynæ, quod est satisfactoria pro pœnis peccatorum dimissorum. Et hoc est, quod in Scriptura dicitur, *Peccata tua eleemosynis redime.* Multum enim pœnae in hoc mundo , aut in Purgatorio soluenda remittitur per eleemosynam in gratia factam : non solum autem valet ad satisfactionem pro proprijs peccatis , sed & pro peccatis aliorum, siue in Purgatorio, siue in hoc mundo sint, si sunt in gratia, pro quibus talis eleemosyna offertur.

Tertia utilitas est, quod est imperatoria: consequitur enim multa beneficia à Deo, & quod petit obtinet, qui facit eleemosynam, iuxta illud Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* immo, si est in mortali peccato, est magna dispositio ad obtainendum à Deo, ut per gratiam disponatur ad contritionem, quia consequatur peccati remissionem.

*De fo-*